Tractatus mgrī Johīs Gerſonis An expediat celebrare vł cōicare habita pollutione

DVbitatū ē apđ me freq̄nter ⁊ diu
preſ tim poſt ſuſceptū ſacerdotiū.
ſi quis nocturno pollutus ſōpnio
a celebrando miſſam ceſſaē debēt.
Exptus ſū ſimiliter multos preſbi
religioſos. ⁊ nouiſſime quoſdā pre ceteris tali
dubitacōis ſcrupulo nō parū turbatos. dū ex
vna parte eos ad celebranđ trahit deuotio. ex
altera timor offenſe reprimit. Tandem effect9
ſup hac re certior. tū ex doctoꝝ ſacroꝝ lectione.
tū exptorum et virtuoſoꝝ ↄſultacōne ⁊ exēplo
tū poſtremo ex ipſa rōis et expimētalis ↄgniti
onis atteſtacōe inductus ſū ut cōſideracōnes
aliquas breues et nō prorſus inutiles ſup hac
celebracōis materia ↄponerē. eas iudicio meli9
et ſincerius ſapientiū ſupponēdo. Conſiderati
onū hmōi queđ erūt acceſſorie. ⁊ queđ p dire
ctū ſiue. Precor aūt dari veniam ſi forſan im
puri9 loquenđ erit qm̄ morbus talis ē qui vix
aliter detegi vix pulcrioribus medicamētis ſa
nari poteſt.

NVll9 habet certitudinē euidentē abſq3 dei
reuelacōne ſpeciali ꝙ ſit ſufficienter diſpo
ſitus et dignus ad celebranda miſſe miſteria.
Patz ꝙ tunc poſſet aliquis euidenter ↄgnoſcē
ſe eſſe in grā gratū faciente ⁊ ꝙ ſufficienter fec
quicq̄d requiritur ad hoc ꝙ deus ſibi grāz hāc
infuderit. ꝙ inſup nullū ponit obicē ex pte aliq̄
ad hmōi grē ſuſcepcōem. Deniq3 ſcirz euidēter

ꝙ rite ↄſtitutus eſt ſacerdos ad bn̄dū poteſtatē
nullatenus impeditā ⁊ ſimilia multa que ſunt
pure ↄtingentia · ⁊ que ſciri non pn̄t infallibilr̄
abſqꝫ dei reuelacōne ſpeciali. Preterea quis neſ
ciat poſſe fieri ut homo detur in reprobū ſenſum
ex demeritis precedentibꝫ ut non videat peccata
ſua ⁊ ita michil ſibi ↄſcius ſit · nō tn̄ in hoc eſt iu
ſtificatus · ꝓut aplūs formidādo teſtatur. ⁊c. For
ſan eſt tal' ↄparatus ipſi aman ſupbo qui ad cō
uiuiū heſter venit reputans hoc ſibi ad honorez
eſſe precipuū q̄d ſibi erat ad ſuſpendiū. Quis
ſcit ſi auditurus eſt Amice quō huc intraſti · nō
habēs veſtem nuptialem. ⁊c. Forſan deniqꝫ talis
annumeratus eſt inter illos de quibꝫ propheta
non tam imp̄catiue ꝙ̄ prenūtiatiue dixit. Fiat
men · e · co · ip · in la: ⁊ in re · ⁊ in ſcā. Obſcu · ocu · eo ·
ne videant: ⁊ dorſa eoꝝ ſemp incurua. Effunde
ſup eos iram tuā · ⁊ furor ire tue cōturbet eos. Fi
at habitacō eoꝝ deſerta · ⁊ in tabernaculis eoꝝ
non ſit qui inhabitet. Videtis quā extimiſcen
da ſentētia ſi miſtico ſēſu vtimur cōtra quoſdā
ad ſacram eucariſtie menſam accedentes iudi
catur preſertim cū dicit̄. Obſcurentur oculi eoꝝ
ne videāt. Et ↄformiter ad illud aplūs intonat
⁊ minatur. Qui indigne inquit manducat ⁊ bi
bit · iudiciū ſibi mādūcat ⁊ bibit. Et rurſus ꝓpt̄
hoc int̄ vos multi imbecilles ⁊c̄ · Hec imbecillitas
⁊ hec dormicō magis ad aīam ꝙ̄ ad corpus refe
rēde ſūt puto. Cōſtat aūt ꝙ hec oīa certitudinez
euidentie tollūt ab aliquo ſup ſua ad celebrādū
dignitate.

Ad digne celebrandum ⁊ abſqȝ temeraria preſumpcōne et imputabilitate ad nouū peccatū non requiritur talis euidentie certitudo ſup celebrantis dignitate. Patet ꝗ nullus tē quātumcunqȝ iuſtus ⁊ purus deberȝ celebrare nec hoc poſſet abſqȝ diſcrimine. ſi ei non fieret reuelacō ſpālis, Sufficit ġ certitudo talis qualē in materia morali ꝯſueuim⁹ expetere ⁊ capere que certitudo poteſt appellari certitudo moralis aut ciuilis. ſicut prudenter loq̄batur phs p̄mo ethic. d. 3. c. Diſcipliati em̄ eſt intm̄ certitudīeȝ inquirere ſm vnūqdqȝ genus inquātū natura recipit, Ad hāc certitudīnē moralē ſuffic̄ ut plurimū ꝗ hō accedens ad miſſam diſcuſſerit ꝯſciētiam ſuā ſicut feciſſet ꝓ magna re lucrāda aut incōmodo graui euitando ⁊ ꝗ non ſit ſibi ꝯſci⁹ poſt hāc diſcuſſionē de peccō mōrli aut de ꝓpoſito peccādi mōrlit ꝗ inſup nō ꝯgnoſcat ſe aliud impedimētum legittimū p excōicacōeȝ aut irregularitatē hr̄e, Cōſentio ita ꝗ in hoc cū durādo .iiij. ſnīaꝝ. d. x. q. x. ꝗ talis etiā ſi eſſet in peccō mortali neſcienter. nec de eo expreſſam ageret ꝯfeſſioēȝ repōneret vnū e duobus. aut ſibi remitteretur tale pccm̄ virtute ſacramenti ꝗ videtur facere qd in ſe eſt ad eius deletionem, Non em̄ deus requirit ultra poſſe, Aut fieret ſibi diuinitus illuſtratio ⁊ recognicō ſui peccati qtūs p peiteutiā illud dilueret queadmodū multis ꝯtingere ꝓbatiſſimū eſt qui initio ſui ſacerdocij dū celebracōem cōtinuant in memoracōem redeūt plurimorum ⁊ occultiſſimoꝝ pccōruȝ, Similem

ínueniūt grām illi qui nouiter ad frugem meli
oris vite toto corde ſe ꝑparant. Porro talia pec
cata in recordacōem venientia ex irradiacōne
ſuperioris lūinis in profunda abyſſo anime nō
ideo tales ꝯfiteri tenentur. ꝙ non prius deleta
eſſe potuerunt modo predicto. Sed fit hoc ad
obediendum precepto de ꝯfitendo ſemel qḋlibꝫ
peccatum noſtrū. qḋ ꝛ dum diſtincte ꝯgnoſciꝰ

Non omnis
ſcrupulus aut dubitatio de peccato mor
tali neqꝫ omnis indeuotio aut deordinacō aut
non attentio impediunt de non neceſſitate cele
bracōnis dignitatē. Patꝫ quia certitudo moral'
qualē ꝓ dixiꝰ ſufficere ꝯpatitur ſecū vacillacōeꝫ
quādā aīmi aut heſitacōnē vel ſuſpicōeꝫ ſeu ſcru
pulos ꝙ hō nō ſit ſufficient' diſpoſitꝰ. aut ꝙ im
pedimēto aliquo ligatus eſt. Cōpatitur etiā de
ordinacōem aliq̄ꝑ preſertī virīū inferiorū ꝛ legis
tyrānice mēbroꝝ que nō ē ſepe ſbdita nr̄e pote
ſtati. Ex q̄ cauſatur indeuocō queḋ quā nō pleā
ꝛ actual' ſp attētio ꝯſequūtur. nec ob inde pccō
maculari neceſſe ē. Et ſi quis oppoſueit ꝙ dubi
tans de aliquo an ſit illicitū ꝛ ſtante dubio illḋ
agens peccat quia ſe diſcrimini ſcienter obicit.
Rn̄deo cū dn̄o. Guilhelmo antiſiodoreñ. reglaꝫ
hāc mgrālem intelligēdā eſſe de dubio tali qḋ
eſt vehemens et magis aut ſaltem eque indu
cit mentem credere ꝙ eſt mortaliter illicitum.
ſicut ꝙ eſt licitum. Secus eſt vbi mens plus in
clinatur et iudicat ꝙ eſt licitum q̄ꝫ illicituꝫ. quā
uis nō habeat vſqꝫ quaqꝫ certitudinē euidētem.

aut fixā ꝙ nec hoc ipm̄ requiritur. Sūt itaqꝫ nō
nulli ⁊ plures qui fortis ſūt fantaſie. qui ꝑterea
ſepe trepidāt timore vbi iudicāt nō eē timendū.
Tales debent inniti ꝯſilio ſupiorum ⁊ prudentū
⁊ cōtra talem ipōꝝ vacillacōnem audacter ope
rari. ſic enī plerūqꝫ vincetur abibitqꝫ. Qui vero
renuit credere ſuperiorū ⁊ prudentum conſilio
ad tales ſcrupulos deponēd ⁊ agend ꝯtra eos
errat multipliciter. Primo ꝑ ſupbiā ⁊ arrogan
tiam preponendo iudiciū ſuū ⁊ prudētiā alioꝝ
iudicō. Rurſus talis vir aut nūꝙ deuocōnem
habebit ſolidā nec pacē ꝯſcientie a talibꝫ ac ꝓ
inde carebit locus aīe ſue hoſpite illo de quo pro-
pheta dixit ꝙ in pace factus ē locus eiꝰ. Dicūt
doctores aliqui quibus aſſentio ꝙ aliqn̄ non ē
tam meritoriū credere ſicut velle credere. nec do-
lere ſenſualē de pccīs. ſicut velle dolē ⁊ nō poſſe.
Deſideriū pauperꝝ exaudiuit dn̄s inqt propheta
preparacōem cordis eoꝝ audiuit auris tua ⁊c.
Deus itaqꝫ iudicat nos et nrā. ſcḋm ſupioris rōis
arbitriū. volūtatē ⁊ iudiciū. Et non ſcḋm ea q̄ no-
bis inuitis atqꝫ ꝯtradicētibꝫ portio ſenſualitatis
inferior aduehit et ꝓducit. qualia ſunt volubili-
tas ymaginacōnum ⁊ fantaſiaꝝ ſtimulꝰ inſup car-
nis illecebroſus et vindicatiuꝰ vacillacōes pre-
terea timide ⁊ incerte ſup agendis aut ſup eis
credendis que nr̄is nequaꝙ ſenſibus attingiꝰ
⁊ ſimilia. Decipiuntur in hoc multi ex ſimplicibꝫ
diſtinguere neſcientes inter ea que portio aīe
ſupior agit ꝑ conſenſū. Et ea que portio inferior
patitur abſqꝫ ſupioris aſſenſu. Carent idcirco

ſepe aliis ſalubre ↄſiliū qui neſciūt illud preſta
re ſibi. Quare ſic. Certe ob turbam hanc paſſio
num ſimul irruentiū tumultuantē et rixantem.
Quo circa memorandū eſt beati. Bernhardi ſu
per hac re ↄſiliū. Erat ex diſcipulis eius quidā
tantis inquietatus ſcrupulis ut ad celebrand
nullo pacto auderet accedere. Dixit ei deuotus
⁊ circūſpectus Bernhardus. poſtq̄ hoc accepit
Vade frater et in fide mea celebres. Obediuit
diſcipulus ⁊ ſcrupulꝰ ille om̄is perpetuo diſceſ
ſit. Laudanda prorſus ⁊ imitanda tam illius
patris induſtrioſa fiducia. q̄ȝ iſtius fratris fide
lis obedientia. Dicet aliquis ex ſimplicioribus.
Utinam talis michi eſſet abbas aut prior qua
lis erat beatus. Bn̄hardus. crederem faciliter
imperanti. Nunc vero dum ſuperioris mei par
uam ſapientiam inſpicio. non audeo meam cō
ſcientiam ⁊ ſalutem ſue fidei tali pacto ↄmittē.
Quiſquis ita dicis ⁊ ſapis erras et deſipis. Nō
em̄ ↄmiſiſti te ⁊ ſalutem tuam in manꝰ hominꝭ
quia prudens eſt ⁊ plurimū litteratus aut de
uotus. ſed q꜖ tibi eſt ſecundū regularem inſti
tucōem prepoſitus ⁊ prelatus. Quamobrem o
bedias ſibi non ut homini ſʒ ut deo iubenti. ſi ta
men non ↄtra deum. Et ſepe tanto erit obediē
tia placentior deo. tibiq; fructuoſior. quāto eſt
indignior ille cui ꝑpter deū ſubici nō refugis. Ca
ueas ad extremum ne dū queris ſecuritatem
nec illam adipiſcaris. in grauem ruas diiudi
cationis et preſumpcōnis foueam.

Contingit ut poſſit aliquis eodē tp̄e ad cele-
bracōem laudabiliter accedere poſſꝫ michi-
lominꝰ ab eodeꝫ laudabilr̄ abſtinere. Quo caſu
primū de ſe laudabiliꝰ ē q̄ꝫ ſecund. Patꝫ p̄ma ps
qn̄ aliq̄s eſt ſine ɔſciā pc̄ci mor̄tlis aut alio impe-
dimento. ꝛ nō eſt obligatus ex officō vel aliter
celebraē. tūc hꝫ vtrūqꝫ in ſua ptāte facere lr̄ malr̄
atꝫ laudabilr̄. Ut vel cū centurione dicat. Dn̄e
non ſum dignus ꝛc̄. vel cū zacheo. dn̄m fidenter
inuitꝫ. Scdam ptē probo cū durādo. iiij. ſnīa ꝝ
.d. xxij. q. vi. Celebratio quippe eſt de p ſe opus
bonū. Abſtiuere aūt ab ea ſi ſit bonū magis eſt
in ordine ad indeuocōem ſuſcipientis q̄ꝫ de p ſe.
Rurſus celebracō hꝫ efficatiā magnā ex virtute
opis opati. propt̄ quā nō tantundē valet volū-
tas ſola celebrandi. ſicut par volūtas. actu cele-
brans. Addit itaqꝫ opus hoc exteriꝰ aliquid
bonitatis ad bonitatē volūtatis ꝓpter meritum
paſſiōis xp̄i. ꝓpterea dici ſolꝫ opus p̄uilegiatū
Amplius ille qui celebrat in operis execucōne
magnam adipiſcitur deuocōis pinguedinem
ꝛ diuinius ſolet occupari, ducitur inſup a virtu-
te nobiliori ſic agēdo videlicꝫ a caritate ꝛ dilcōe
huiꝰ ſacramēti q̄ꝫ non celebrās qui timore potiꝰ
ſe ɔtrahit. Qđ ſi quis dixerit vacacōnem a cele-
bracōne ideo fieri ut ipā poſtmodū reuerentius
ꝛ deuotius quāto rarius impleatur. Fatemur
poſſe ſic euenire, Sꝫ p̄t ex aduerſo ɔtingere q̄ꝫ ta-
ſubtractio remouebit habitudinē ad bonū cuiꝰ
effectus ē ſm pħm delectabilr̄. Signū inquit ac-
quiſiti habitus ē delectacō in ope. Eueit inſuper

plerumqȝ illud dictū naſonis. Qui nō eſt hodie
cras minus aptus erit. Diſtraheris hodie parꝝ
deuotus es. parū recollect⁹ ⁊ plurimū tēptat⁹
a carne mundo vel demone. Credo equidem. ſed
agnoueris q̄ nō dormiūt qui te pſecūtur. ⁊ cras
ijdem erūt aduerſantes tibi hoſtes tueqȝ deuoti
onis inſidiantes quales ſūt hodie. Quo circa nō
irronabilr̄ ꝯſulit ſapiens. Quotcunqȝ poteſt in
quit manus tua inſtanter operare. Neſcis enī
quando tale tempus ad laudabilr̄ celebrand
tibi cōcedetur quale modo habes. Et ſi vtrū ha
beas vtrumqȝ melius eſt. Eſto fueris in hac vel
in illa re defectuoſus. cur nouū defectum in non
celebrando ſupinducis. Sed frigid⁹ ſum dicis
aut tepidus. Sepe ſuſcipit inicium celebracōis
hoīem parū deuotū et frigidū. quē in fine cale
ſcentē dimittit ⁊ feruidū. Corp⁹ xp̄i ignis ē ſpū
alis. accede fiducialr̄ ad hūc ignē caleſces facili
us. Audiamus orātē ambroſiū. et deū alloquē
tē. Graue ē q̄ ad menſam tuā mundo corde ⁊ in
nocētibꝰ manibꝰ nō venim⁹. ſȝ grauiꝰ ē ſi q̄ pccā
metui⁹ ſacrificiū nō reddi⁹. Refert narracō ſcōꝝ
patꝝ de quodā Euagrio q̄ nō niſi ſemel in āno ꝯica
dū eē cenſebat. Cōtra quē ſcī pr̄es repugnābāt ar
gumētātes q̄ aut dignū ſe putabat ⁊ diſpoſitū
q̄ ſeml' in āno ꝯicaret ⁊ ita preſūptuoſus erat aut
indignū ſe tūc fatebat̄. ⁊ nichilominꝰ accedebat
Cur non igitur poterat alius ſimilr̄ pluries ſa
cramēta hec ꝯficē. quīcq̄ de ſe. ſe ſcīꝫ indignū. Si
fas ē itaqȝ ſemel in āno cū timore dei celebrāe.
cū eodē timore poterat ſepiꝰ ſimil' celebrand ſīma

ſfuerūt nec ignoro ſcōꝝ aliqui quos certa racō
ↄpeſcuit ne celebrarent in eternū. Sꝫ ꝑticularia
hec facta quorūdā. venerāda ſūt magis pia int-
pretacōe. ꝙ in exēplū agēdi trahenda. Poſtre-
mo nō ſū neſcius diuerſa eſſe dona ⁊ vocacōnes
in diuerſ ꝓut ſpūs ſcūs voluerit ⁊ ali⁹ indiſpoi-
tur ꝑ interrupcōe ꝫ celebracōis ſeſe vix poſtmodꝫ
recolligit. Ali⁹ ex eadꝫ frequētacōe redditur inde-
uocior ⁊ ex tali familiaritate ꝓmptior ad ↄtem-
ptū. Quāobrē ſuā interroget vnuſquiſqꝫ ↄſciē
tiā tūc ꝑ expientie ⁊ prudentioris alic⁹ ↄſiliū id
qd oportunius ↄpererit exequat. Hinc dicebat
egregi⁹ doctor aug⁹ cottidie celebrare nec lau
do nec vitupero. Ipē tñ ⁊ aliȷ̄ ↄſulūt ſic viuere ut
cotidie digniſſimus accedere.

NUlla pollutio incohoata et ꝑfecta in ſōpno
peccm ē mortale. Ptꝫ ex famoſa aug⁹ regu-
la. ꝙ peccm adeo volūtariū ē. ꝙ ſi non eſſꝫ volūta
riū non eēt peccm. intelligitur de actuali. Rurſus
iſta eſt expreſſa determinacō eiuſdē ꝑmo de ci.
dei. c. xxv. loquētis de violenta corrupcōne vir
ginis alicui⁹. Quāto magis inquit abſqꝫ culpa
eſt in corpore non conſentientis ſi abſqꝫ culpa
eſt in corpe dormientis. Dicētes oppoitum con
tradicūt nō ſolū theologice ſꝫ et phice determina
cōi nec hñt quid rñdeant ſi fiat eis argumētū
de furioſis et infantib⁹ ⁊ aliȷ̄s non vtentib⁹ rōne
quos pro tūc non peccaē noua tranſgreſſione
ↄtrs eſt omniū ſapientiū rcē ſnīa. Notāter dici⁹
ſi pollutio incohoata ſit ⁊ ꝑfecta in ſompno. qm̄
poſſꝫ aliquis vigilans impuꝝ hr̄e deſiderium ſe

polluendi quo vigēte caderet in somnū in quo
sua pollucō cōpleretur. Possz similiter pollucōez
in somno ceptā expgiscens male cōsumare. Co
stat in hijs casibꝰ radicē pollucōis esse liberā
atqz flagicosam ꝓpter quā illud opus obscenū
imputabitur ad culpā. At vero si vtrobiqꝫ fueit
in principio ⁊ fine carentia vsus racōis aut ꝯsen
sus. liber erit vtiqꝫ talis actus. etiā si vigilando
cōpleretur absqꝫ culpa mortali. Palā ē racō. qꝛ
libertate carebit. Poterit forsan aliquis peccaē
postmodū ꝯplacendo sibi in tali voluptate pro
brosa quā habuit. non obinde tn̄ reddetur p̄or
actus pollucōis culpabilit͛ viciosus. Possz eti
am aliquo modo placere. sm̄ sanctum Thomā
non quia voluptas est. sed quia sanitatem et
nature affert exoneracōem absqꝫ sui qui patit͛
procuracōne vel assensu. Deniqꝫ non cōsulunt
sancti qꝫ debeat violenter fluxus ille dum evigi
lando sentitur iam effluens coherceri. quia vel
esset frustra conatus huiusmōi. vel nature sup
modum grauatiuus. Cōfirmatio omniū ista ē
qꝫ actus exterior nullum qꝫ peccatū est nisi deno
minacōne extrinseca plusqꝫ vrina non dicitur
ꝓprie sana. Si nullū fit igr̄ in aīo ꝓprie dictū pec
catū dū libtate nō vtitur nullꝰ erit ꝑ tūc actꝰ exte
rior viciosus. Neqz tn̄ negabiꝰ qn̄ ꝑ crapulā aut
dampnabilē illecebram vigilie. possit aliquis i
in hanc illabi sordiciem. ꝫ culpam tūc vigilia
nō somnus habz. quamqꝫ ⁊ crapula ⁊ cogita
tio voluptuosa letali crimine sepe carent. ⁊ possūt
anī sopnū dilui penitendo.

Pollutio corpalis i sompno ɔtigere potest
non solũ absq3 pcc̃o mortali precedente im
mo ⁊ ex merito. Patz ex distinctõe famosa da
ta p gregoriũ ⁊ alios tam theologicos q̃ natuā
les. Euenit itaq3 nõnunq̃ hec immũdicia ex in
firmitate aut debilitate nature exonerare se vo
lentis aut retinẽ nõ valentis. Nam est p̃terea
aliquis fluxus fere tal' in viris aliquib9 qualem
femine paciũtur in menstruis ⁊ fit cũ nulla aut
tenuissima voluptate etiam vigilando. Fit ali
qñ insup aliquis fluxus tanta lubricitate ⁊ faci
litate in q̃busdã viris aut feminis q solo aspe
ctu aut alloquio aut leui cogitacõne ꝑuocant
Quis ergo dixerit apud tales inuitos ⁊ renitẽ
tes aut nullomõ ɔsentientes ab initio vsq3 in fi
nem peccatũ mortale ɔmitti. Non oĩm vna est
ɔplectõis armonia. Quosdã videmus e naso
leuissima aut nulla occasione defluere sangui
nem. alios cũ violentia multa id non pati sci9
Cognoui hoiem septuagenariũ secularem ⁊ val
de crapulosũ qui nunq̃ se pollutũ fuisse dormiẽ
do testabatur. ⁊ hoc i alijs mirabatur. Aliũ vidi
religiosũ ⁊ sobriũ qui p decẽniũ ⁊ ampli9. fere co
tidiana hac passione vexabatur. Quid vir sõp
niant dormientes. alios sõpnia iugit' exagitāt
Sz omitta9 hec ⁊ similia quoꝝ determĩatio me
dicos plus aspicit ⁊ simil' remedia. q̃ q̃ michi
fassus fuerit vnus ex medicis famosissi9 se pridẽ
ad medend tali nocturno fluxui in alijs studu
isse diligenter. ꝫ frustra laborasse. Nos autem
moralia seu theologica loquentes declaremus

quo pacto poſſit ex merito precedente pollutio
nocturna ꝯtingere. Primo quidez ex arta abſti-
nentia in pane et aqua. hoc euenire ꝑſpicuum
fecit experientia. Amplius volens aliquis hoc vici
um carnis predicando deteſtari. nonne ſup illo
cogitare poſſet. aut ſimiliter ꝯfeſſiões audiẽdo
poſſet vtiqꝫ ⁊ cũ merito magno. Nichilominus
occurrere videbit in ſompno nonnumq̄ꝫ p̄cogi
tatarꝫ impudiciciarꝫ ſimulacra et ipſũ ex illis
ſicut in aliis ad pollucõnem cõcitari poſſe quis
negauerit. Addũt ſancti p̄res quorꝫ fuit ocul9
mentis apertus ⁊ terſus ad fallaces inſidias de
monis intuendas nonnunq̄ꝫ has ſordes fieri il
luſione ſua vel ad terrendũ ⁊ inquietãdũ timo
roſe ꝯſcientie puritatẽ. vel pro bono operis ut cele
bracõis impedimẽto vel ut vigilãti placeat qđ
ſompnians pertulit. vel ut abſtinenti ã periculo
ſam et indiſcretũ vite rigorem ſuadeat ⁊ in inſa
niam precipitz. vel ut deo propicio ꝑmittẽte
deuotam mentẽ ſic exerceant. et ex tali feditate
ſtimulatã in hũilitate cuſtodiat. Hoc in loco
duo ſũt dicta gregorii memorãda. Primũ eſt q̄ꝫ
ſepe tales illuſiones ſeu pollucões anim9 neſci-
ens pertuliſſe magis dolendus eſt q̄ꝫ feciſſe. Se-
cũdũ q̄ꝫ bonarꝫ mentiũ eſt ibi culpã agnoſcere
vbi culpa non eſt. Si tamen agnoſcatur culpa
vt non indiſcrete impediatur operacõ iuſta. ne-
qꝫ corporis debita ſuſtentatio deſeratur. Ne pre
terea aliq̄s ꝯſciẽtias ſibi fabricet ⁊ nutriat erro
neas. ne cadat in ſcillã cupiẽs vitare caribdim

Patietur fortaſſis aliquis heſitacōnes varias
dū ad ɔmedēdū vel dormiend᷒ acceſſerit · dicetqꝫ
pollueris ſi hoc ⁊ hoc nō omiſeris · ſi nō tibi p̄ca-
uebis · Cōtēpnat talia neceſſe eſt qui diſcrimē
maius imminere circūſpicit · ſi non parem cum
aliȷs viuēdi formā prudenter inſequit᷑ · Scrupu-
loſis ergo cōtra ſcrupulos agend᷒ eſt ⁊ fixo ope-
ris pede certand᷒ · Hac arte prudent᷑ vſus eſt ille
q̄ turbato cuidā iugit᷑ ſup repeticōe horaꝝ ſuaꝝ
ſi nō aſſidue ⁊ actualr̄ attenderꝫ ad eas miūrit
p̄mam hāc ad tpūs ne quolibꝫ horas ſemel di-
ctas iterarꝫ · Neqꝫ enī requiritur actual᷑ ſemper
attentio ſufficit habitualis ſeu virtualis non
interrupta ſcienter et a propoſito · per delibera-
tā attentionē circa aliud penitus incōpatibile ·
Mille ſurgunt apd aliquos tales ſcrupuli moē
canū oblatrantes ⁊ lacerare minantes ipōs ā-
bulātes p viā mandatoꝝ dei · quos euincere et
ɔpeſcere melius q̄ p ɔtemptū nequim᷒ · Immō
ſit ɔtēptus iſte timore reiecto ⁊ regulariter non
abſqꝫ preuio alteri᷒ pſertim ſupioris ɔſilio · allo
quin timor immoderatus facit caſū · aut precipi
tat incōſulta preſumptio ·

Nulla corpal᷑ immundicia de perſe impedi
tiua eſt celebracōis · ſed bene de p accñs ·
racōne cō coitantie al᷑ cuius vel ſequele in aīma ·
Hāc ɔſideracōem deducit · Bōuentuā · iiij · ſmaꝝ ·
di · xij · q · iij · Et patꝫ ſatis p̄ma ps ex verbis criſti
ſi bene perpendatur dicendi racō Math · xv · Nō
lotis manib᷒ manducare non coīquīnat hoīem
Et ratio ē quia nulla paſſio tal᷑ aut immūdicia

exterior de ꝑ ſe peccatū eſt· aut de neceſſitate pec-
cato ꝯiuncta vel inducens ad peccatū. Preterea
qualis eſt immundicia ſordidior ⁊ abhomina
bilior corporalis· ut corporal' eſt ꝙ̄ ſanies lepro-
ſoꝝ. Hec tamen non impedit celebracōnē ꝓ pre
ſertim ſi fiat in occulto. Idem ſentiunt doctores
de menſtruis mulierū· ⁊ de fluxu perpetuo viroꝝ
aliquorum. Secunda pars declaratur diſting
uendo· quia quedam immūdicia corpalis ꝯiū
cta eſt immundicie ſpirituali ſecūdū veritatem
ſicut in vigilia habent fornicantes. Alia eſt con
iūcta tali immundicie ſpirituali· tantūmodo ſe
cūdū quādā ſimilitudinē aut ꝯformitatem pro
ut eſt in ſompniȷs ſordidis ⁊ impuris quando
non peccatū eſt ſed ſimilitudo peccati. Aliā vide
mus immūdiciam que horrorem ⁊ abhomina
cōnem quendam viſa vel recogitata generat.
ut in leproſo ⁊ aliȷs plurimis· quāuis nullā ſci
amus in eſſe peccati veritatem aut effigiem. Po
ſtremo alia ē indifferens ſicut in pedibꝫ lutoſis
aut facie puluerulēta ⁊ ſudente ꝑma ⁊ ſecunda
generāt ut freqn̄ter in aīa ebetudinē quādā di
craſiacōꝫ ⁊ decordiacōꝫ atqꝫ indeuocōꝫ· qm̄ ſicut
guſtato ſpū deſipit oīs caro· ſic ecōtra ⁊ amplꝰ
guſtata carne deſipit ſpūs ⁊ fit carnalis ad tp̄s
longiꝰ aut breuiꝰ ſecūdū diuerſas habituacōs
atqꝫ ꝯplexiones. De hȷs in figura dictū eſt an
tiquis ut taliter immūdi ſeparētur ab aliȷs vſqꝫ
ad veſperam ⁊ veſtimentoꝝ locōnem. hec grego
riꝰ ſic expoīt· ut n̄ priꝰ igmis tēptacōis receſſeit·
reuerſe quaſi vſqꝫ ad veſpm ꝯgnoſcat· Cōſtat ei

nullas tales inſtitucões que ceremoīales erāt
atq3 figurales nullaten9 ad obligacõe3 nrām
trahendas eſſe niſi iudaizaē velim9. Proptēa
veſpera in hoc loco ⁊ lotio material' non ad lrā3
accipiende ſunt. S3 tam diu reput3 ſe homo im-
mundum. ut extra caſtra ſcōru3 miſteriorū ſece-
dat. q̄ diu tales in eo vigent peccati reliquie. e-
hetudo ſc3 mentis. carnalitas ⁊ deordinatio at3
indeuotio purgantur. Alij tardius. alij ɔfeſtim
lugent humilitate ⁊ ꝓmptis lacrimis diluunt
et exterminãt. quicquid carnalitatis cõtractū
erat ⁊ omē eius veſtigiū breui lamento delent
⁊ abolent. Sordes tercie celebracōni obſunt pro-
pter ſcandalū vel horrorem quoꝝ vtrumq3 de p
accn̄s nocere poteſt deuocōni anime pn̄t etiam
de p accn̄s celebracōem impedire dū videl3 ſcan-
dalū vel horror ⁊ ex ɔſequenti indeuotio celebrā-
tis aut aſſiſtentiū vehement' p̄ſumuntur acceſſu-
re. Secus vbi ſunt oēs excitati et perfecti apud
quos tale nichil timendū eſt

Poſſibile eſt abſq3 vlla reprehenſioē ⁊ cum
merito aliquem ſompno pollutum ſacro
ſancta miſteria ɔtingere atq3 celebrare. Patet
ɔſideracō ex deductōe precedentiū. Ad dignam
itaq3 celebracōnem ſufficit preparacō tal' que
non relinquat cōſcientiā peccati mortal' aut im
pedimenti legittimi. et que deuocōnem atq3 re
uerentiam ad ſacramentū penitus nō excludat
S3 pollutū modo dicto poſſiblie eſt iſta in ſe ſen-
tire non longe poſt talem paſſionem. ymmo q̄
humilior deuotior ⁊ ordinatior ⁊ reuerentior ad

ſacramentū accedit. Conſtat enim ꝙ obſceni
tas humorū iſtius cum ſuis reliquijs nō perpe
tuo durant. nec perpetuo ad celebracōem impe
diūt. Et ſi datur ſpacium vigintiquatuor horaꝝ
ſicut Albertus determinare videtur. Poterit ali
quis vna hora purgatior effici q̄ꝫ alius in centū.
Cur non igitur fiat ad celebrandū ſimiliter ap
tior. Porro ſi timeatur reuerſio talium illecebra
rum ⁊ paſſionū tpe celebracōīs poſſunt vtiqꝫ
⁊ in omibus ꝯtingere. vel ex aſpectibꝫ ſolis prio
ribus. vel ex corruptela nature vel dyabolica ope
racōne. Hec noſtra ꝯſideratio maxime locū ha
bet in religioſis viris ⁊ cōtemplatiuis quoꝝ eſt
adeo facilis ꝯuerſio propter fortē habituacōeꝫ.
ꝓpter etiam carnis ſubiectōnem dū vigilant.
Raro aūt apud ſeculariter viuentes. aut nouā
bene viuendi formā inculpātes. talis repētina
ſeu leuis recollectio deuocōīs inuenitur. Ceſſa
re eos idcirco aut tardiꝰ accedere ad ſacramē
tum hoc reuerendiſſime tractandū ꝯuenit. Ha
bet preterea locū noſtra ꝯſideracō vbi illuſio de
monis noſtram deuocōnem impedire volentis
ꝑſpicitur aliquibꝫ indicijs neqꝫ cedere debemus
eidem. ſed obmitti potius. Vbi ſubinde timet ali
quis ſacerdos de ſcandalo ſi non celebret. vbi
deinceps tenetur aliquis celebrare. vel ex ſuſcep
to officō vel ex ꝯmiſſioē vel mutua viciſſitudine ⁊
conformitate ad reliquo cū quibꝫ viuit quēad
mod ſūt religioſi pene oēs. Attēdēdū hic ꝙ nꝰ
palā tenetur ꝓpriū defectū l' infirmitatē occultos
prodere. ut plurimū cautꝰ ē atqꝫ diſcretiꝰ ꝯtegē

Prodit aūt ſeipm tal' non celebrans. ſcandali
zat q3 frequent' et cogitacōnes varias aſcendere
facit in corda alioꝝ. Nolo tamen preiudicare
ſicut nec poſſum nec debeo p hec dicta mea qui
buſcūq3 inſtitucōib9 religioſoꝝ ſi aliqua ſint ad
oppoſitū. Verꝝ eſt nempe illud apl'i. Quilibꝫ in
ſuo ſenſu habūdat. Sed dixi interī quid michi
dicend' poſſe videtur ſi nuda cogitetur veritas a
pud hn̄tes libertatē legis xpi. Opponet forſan
aliquis de fornicarijs q ſimilr̄ in breui poſſent
recolligere ſe ab omib9 pc̄cī reliquijs. aīam ex
tergē. poſſent igitur ſtatim celebrarē. Opponerꝫ
alijs de ꝯiugatis apud quos poſſibile eſt pccm̄
in ſua ꝯiunctione nō ꝯmitti. qui tn̄ de cōmuniōne
ſepandi videntur. Ad hec dicere poſſumus pͥmo
ad vltimū q doctoꝝ famoſoꝝ ſnīa eſt tales con
iugatos ſi accedāt ex deuocōne preſertim dieb9
ſolēnib9 non peccarē. qn̄ vel affectu prolis gignē
de vel reddendi debiti aut incontinentie vitande
cauſa ꝯmixti ſūt nec obſtaculū aliud eſt. ¶ Ad
pͥmū non aliud pro nunc dicim9 niſi q rariſſimū
hoc eſſet. de hijs vero que vix aut nunq̄ eueni
unt doctores paꝝ tractant. Si tn̄ imminerꝫ gra
ue ſcandalū pro omiſſione. ſi preterea grādis
ꝯtricio ꝯcurrerꝫ ſi demū q3 magis ex ſurrepcōne
dyabolica aut vehementi temptacōne tale fla
giciū apud ſe natū ꝯmiſiſſet. Audeat qui profū
dius ſapit talē prohibere. fateor non audeo in
hoc caſu et alijs ſicut pſpicuū eſt ex pͥmiſſis reli
quendi ſunt multi ſue ꝯſcientie et iudicō. circum
ſtantijs omib9 q̄s prudeñ circūſpicit indagatis

PRecipue ex diuino munere et non ex no-
ſtra induſtria ſeu preparatione reddimur di-
gni miſteriorũ participacõe ſacramẽtorꝝ. Hec
cõſideracõ ſi cũ ſapore intimo maſticetur. hũilia
bit nos vehementer. Et profecto hũilitas ſola ẽ
que diſponit ad dignificacõem ꝛ prepacõnem
pro tal' tantiqꝫ hoſpitis in anime cenaculo ſuſce-
pcõe. Scio hoĩem qui taliter in veritate cõperit
numq̃ potuiſſe ad quietẽ et ſerenam diſpoſicõ-
nem celebrandi ptigiſſe quouſqꝫ diffidens de oĩ
ſua induſtria ꝛ labore et ſollicitudine et prepa
cõne per ꝯfeſſionẽ aut alias. immolauit in ara
cordis bouem ſupbie. Dixit in aĩo cõtrito ꝛ hũi
liato cũ daniele. Dñe nõ in iuſtificacõibꝫ meis
pſterno preces meas ante te. ſed in miſeracõibꝫ
tuis multis ꝛ magnis. Et rurſus cũ propheta
Ego autẽ in multitudine miſericordie tue introibo
in domũ tuam. adorabo ad templum ſanctum
tuũ in timore tuo ꝛ ſimilia quedam quorꝝ aliq
ſcriptis inſeruit. Plane induſtria noſtra et pre
paracõ quales agere ꝯuenienter poſſumꝰ requi
ritur. His tñ ſi innitimur fallimur et cadimꝰ. aut
tanq̃ ſi quis baculo arũdineo ſuſtentetur. va
cillamus neqꝫ habitamus in adiutorio altiſſi
mi dñi nr̃is meritis fidimꝰ. vel in peccatorꝝ ſola re
cordacõne torquemur. Nimirꝝ ſi tũc in ꝓtectõe
dei nequaq̃ ꝯmoremur qua deſiciente protectõ-
ne. quis ſubſiſtet. ¶ Fuit cuid' p ſompniũ oſten
ſa viſio tal' precipitatus in cloacã erat. ꝛ a quo
dam baculo ſtercoribus infixo ſuſtentari. ne

profundaretur ſatagebat. At vero bacul9 ille
fūdotenus dimittebatur. aſſidue cū fetore intol-
lerabili ſenti ēs ille piculū. tota mente ad dn̄m
ꝯuerſus relicto baculo cofeſtim ereptus eſt. Sa-
ne ꝯſciā noſtra qn̄tūlibꝫ mūda eſt cloaca que ꝺ
plena ſtercoribꝫ fedis defectuū cotidianoꝝ. ba
culus ille nrā eſt induſtria p quā emergere q̄ri
mus. ꝫ procul dubio quouſqꝫ leuemus oculos
in celū vn̄ veniat auxiliū nobis quouſqꝫ fiduciā
nrām totā in deum iactemus. quāto plus inniti-
mur ſolo nr̄e induſtrie baculo. tanto in profun
diorem abyſſum nr̄e prauitatis demergimur. ⁊
non niſi fetorem tetrum ⁊ horridū reportamus.
Quid ergo dicꝫ aliquis tēptabim9 ne deū. aut
plei ꝯſciā peccōꝝ. indeuoti. ſordidi. diſtracti. ⁊ diſ-
tempati ad ſacramentū hoc ſalutiferum ſub ſpe
mie ſoli9 accedam9. dixi iam ut agat nrā indu
ſtria qd poterit ut ſit abſqꝫ ꝯſciā pcci mortalis
Sꝫ in illa nequaq̄ ſperemus. alioqn̄ ſupbimus
alioquin maledictōnem incurri9 qui ponimus
fiduciā in hoie ⁊ carnē brachiū nr̄m. Agnoſca9
ꝙ oēs iuſticie nr̄e ſūt ut pānus mēſtruate. aut
velut leproſi faſcie ſup quibꝫ ſtilla9 cottidie ſa-
niem pccōꝝ. Qua frōte igr̄. qua ve fiducia. infe
ctōnem ad placandū deū audebimus ondere.
Caueam9 ne poti9 irritetur. plane ſic eſt. Si mil-
le annis valerꝫ aliquis ſe diſponere ad dignita
tem celebracōnis. nec ſic p ſe attingerꝫ. Quid id-
circo in breui morula facere poteris cōiectura.
Interrogat ſe freqn̄ter. ille cuius ſupra memi
ni dignus eſt accedere. ſi ſufficient preparatus

heſitat primũ tremiſcit·reformidatqꝫ· Tandẽ
ſic reſpondet ſibiipſi·interim quantum in me eſt
michil deo propicio decerto michi ſum ꝯſcius ſu
per peccato mortali·aut peccandi ꝓpoſito pecca
ta etiam venialia non ꝯfeſſa nequaq̄ obſiſtũt.
Scio tamen ex aduerſo ꝙ iuſtus eſt dñs·qui
ſi velit exquirere vehementer debita mea·ſi iniq̄
tates obſeruare·ſi mecum in iudicio ꝯtẽdere ne
q̄ ſuſtinebo neqꝫ potero reſpondere vnum pro
mille·qualibet lotus fuero attritus·ꝯfeſſus·la
crimoſus. Quid iſta ſunt. Ve michi ſi non cũ
miſericordia magna diiudicer. Quid ſcire poſ
ſum ſi forte lateant me vicia mea·merui quidẽ
excecari·qui viſu meo ſpirituali primitus ſupra
modũ abuſus ſum·dum videns bonũ id adim
plere ꝯtempſi·hoc vnũ ſcio ꝙ apud dñm miſeri
cordia ē·⁊ copioſa apud eũ redẽptio·ꝙ pieta
tis eius fontẽ nulla pōt nrā iniquitas euincere
vel ſiccare ꝙ ſi decreuerit ſaluare nemo eſt qui cō
dempnet. Precipit ut ſperem in eo·⁊ me totum
in ſuas manus proiciã· Obedio ut poſſum·non
ē crudelꝭ aut mẽdax veniẽtẽ ad eũ nō eiciet foras
ꝓuolutũ ſuis pedibꝰ nō indignãter abiciet Pre
uenit me demũ in bñdictōibꝰ dulcedis dũ m diſpli
ceo· Spero euiq dē ipē q̄ cepit pficiet ⁊ illuiabit ab
ſcondita tenebrarum ne vnq̄ obdormiam in
morte· Fornicata es o anima mea cum amatori
bus tuis·iubet pius ſponſus per os propheti
cum ut reuertaris modo etiam te ſuſcipiet. Et
ſi milies abceſſeris ꝯtẽpnãs irriſeris·te venien
tẽ non repudiabit·penitẽtem nō aſpernabitur·

Si quis ex hoib⁹ talia dicerꝫ credēs ⁊ aſperares
⁊ accederes· deus hoc dicit· deus hoc pollicetur·
ỹ mo deus hoc impat· ⁊ tu diffidens nō accedes?
Non eſt iſtud ꝯſiliū o aīa mea. Jn ſua igitur veri-
tate nō tua vāitate fidēs volūtarie ſibi ſacrifica
Jmmūda es· accede mundanda ad fōtem pie-
tatis inꝯtaminabilē. Eſuris· accede paſcenda
ad panem viuificū et indefectibilem. Egrotas.
erit hoc efficaciſſimū tue inualitudini medicamē
tum. Fluxū pateris nec ſanari potes a medicis.
tuis ſcꝫ exerciciīs. tange plena fide cū emoroiſſa
martha ſcḋm ambroſiū fimbriā veſtimenti ihesu.
ſacroſcām videlꝫ hoſtiā ut purgeris. Si pcuſſam
te ſentis a ſerpētib⁹ pverſaꝝ tēptacōnum quid
reſtat niſi ut ſerpētē xp̄m eleuatū inſpicias? Si
dicis cū ꝓpheta quin vnica et pauper ſum ego. pti
ceps eſto ſacroſancti huius miſterii. habebis
xp̄m comitem fidū et hoſpitem ditiſſimum. Ce
cā te fortaſſis debilem et claudam conq̄ris. me
mineris qm̄ tales ad cenam magni regis inui
tantur ⁊ intrare ꝯpellūtur. Lubrica ſū inquies ⁊
inſtabilis. ſꝫ hic panis ꝯfirmat cor. Triſtis es ⁊
anxia· ſꝫ vinū hoc letificat. Inq̄etāt te ⁊ turbāt
plurima. adhere ei qui turbidos fluctus ſedat
qui eſt pax noſtra qui ait. Jn mundo preſſuraꝫ
in me pacem habebitis. peregrinaris a dn̄o. ſꝫ
in fortitudine cibi huius ambulab' vſqꝫ ad mon
tem dei. Quid ergo tendere formidas? Quid ex
paueſcis o anima mea? quare ⁊ quouſqꝫ ꝯtur
bas me? Spera in deo et liberabit te. enutriet te
non ꝯfundet te. Suſpirabūda forte queas vbi ē

deus tuus. In hoc certe ꝯuiuio in quo xp̄s ſumi
tur. recolitur memoria paſſiōis. mens impletur
grāͣ ⁊ future glorie nobis pignus datur. Crede
hoc bona ⁊ ſimplici fide. nec curioſa diſcuſſeris
exiſtētie modū. ſufficiat tibi qm̄ non ē hic mō a
liorꝫ corporꝫ ſuis locis ꝯmēſuratorꝫ. ꝓpterea va
ne ne dicā. ſtulte querunt aliqui vbi caput vbi
pedes q̄lis ſitus. q̄lis ad hoſtiam partiū coordi
natio. ſibi criſtus eſſe dicitur. quare ⁊ quō. Cū
facta ē eius corpus trāſſubſtātiacō panis oipo
tenti virtute diuinitatis. ſi non hoc ꝯprehendis
neqꝫ ꝑfecto quantulācunqꝫ rem aliam quo ad
infinitas eius habitudines ⁊ ꝓprietates ꝯpre
hendis. Da locum fidei. ut meritum habeas. ⁊
eam quā ſine merito das nature fidē. Da cūlau
de reuelacōnem ⁊ in eius obſequium volens te
captiua.

Non propter timorem ꝯtaminacōis corpo
poris criſti illud cum mundicia corporali
monemur ꝯtrectare. ſed ad indeuocōnem aut
ſcandalum in nobis vel in alijs deuitandū. Cō
ſideracō iſta parum etiaꝫ inſtructis manifeſta
eſt. Valet tamē nō mediocriter apud ſcrupu
loſos ut ſi forte corꝑalis aliqua ſordicies ipſis
nolentibus aduemat. recogitent ad criſti cor
pus nichil hanc attinere. ſeruata in animo mū
dicia et reuerentia ſanctitatis. Fuerūt quidixe
runt ipſam hoſtiam cōſecratam nullomodo in
ventrē noſtrum cōmedendo dimitti ſed ſtatim
in celum rapi contra experientiam cotidianā atꝫ
catholicā veritatē q̄ ponit corpus xp̄i vē cōmedi

Fefellit eos hmõi ↄſideracõis obliuio dum pu
tant indignum ſentire ut criſti corpus vel hoſti
am ſacram in feculentũ ſtomachũ nr̃m deueiat
quaſi videlicȝ polluatur aut fedetur plus q̃ radiꝰ
ſolaris aut ſpũalium ſbſtantiarꝝ aliqua. Dicãt
ergo ſi ſic iudicãt more carnaliũ iudeorꝝ aut pa
ganorꝝ. cur criſti corpus in maternis viſceribꝫ
ꝛ ſecundina pellicula menſibꝫ nouem obſeratũ
ꝛ obuolutũ eſſe voluit. Debꝫ vtiqꝫ racõ corrige-
re ſenſuale iudiciũ ne blaſphemiam impiam re
putemus ipſam rei ſinceriſſimam veritatem. Ca-
ueamus a tali ſpurcitia recogitando ꝑ timoreȝ
crebrum qm̃ inficit hec rememoracõ plꝰ q̃ pur
get. Aſſueſcat homo ſpũaliter ſpũalia diiudica
re ꝛ ſentire. Sic enim multis ꝛ varijs fantaſma
tum inquietantiũ impudicitijs ſemet abſoluet
Sic ea minus curabit que reuera minus curan-
da ſunt. corpales loquor ſordes. Sic demiqꝫ ma-
gis in cõſcientie q̃ corpis puritate cõfidet. Cõ
cludamus tñ epilogãtes. ut nemo celebraturꝰ
euidenter ſibi querat certitudinẽ ſup dignifica
cõne ſua vexaretur incaſſum habeat illam que
dicta eſt preparacõem ꝛ ſufficit non ↄfidat in
multitudine virtutis ſue ꝛ in repeticõne ↄfeſſio
nis aut deuocõnis aut recollectõnis ſerenitate
poteſt enĩ fieri ut cõfeſſio crebra ſup venialibus
obſit de ꝑ accñs. Quõ ſic. Dicã. Reddit quippe
aiam plus iuſto ſollicitã ꝛ pauidam ꝛ omia eti
am minima timentem. ut de ipſa etiam cõfeſſionis
imꝑfectõne intrepidet ꝛ vrgeatur cõfiteri. Dabo
tñ documẽtũ ꝑ qđ nulla ↄfeſſiois multiplicatio

inquietacōnis cauſa eīt. Si videlꝫ fiat nō tanꝙ̄
reputetur protūc ad ſalutē neceſſaria. aut ad
celebracōnis illius diſpoſicōem requiſita. Sed
quia eſt opus bonū ⁊ priuilegiatū ad indulgen
tiam quoqꝫ aut grē augmētacōeꝫ nō parꝝ pro
ficiens. Porro diligat anima deū aliqñ neceſſe
eſt ⁊ ſe in manu eius proiciat. alioquin ſue indig
nitatē iugiter timendo ⁊ habendo deum de ſeue
ritate ſuſpectū iugiter recurua erit. ad ꝯmodū
ne vnꝙ̄ exaltata ſe ſubuehet. Quamobrē aſcen
ſura in montē anima ⁊ gaudium ſuum immola
tura cū abrahā relinquat inferi9 aſinū ſuū cum
pueris ſenſibꝫ. Rudiat ibi aſinus. pſtrepent pu
eri. ſed a ſint illic oīa nichil ad ſe que in mōte
ſtat. hoc eſt in vertice racōnis pertinebat. Non
impertinenter hoc loco viſionem inſerem9 quā btō
patri. Celeſtino mōſtraſſe memoratur ille qui
docꝫ hoies etiam p ſompnia ſciām viſū eſt eidꝫ
pr̄i ſoporāti ꝙ aulā regiā p̄cellētiſſimā cū aſino
ſuo inuitatus aſcenderꝫ hic aſinus tributū ven
tris p viā ſoluit exhorruit vir puriſſim9 ⁊ abho
minatus eſt hāc nō iniquitatē ſꝫ inq̄nacōnē ⁊
ꝓgredi formidās. regredi moliebatur quouſqꝫ
benigniter ammonitus eſt voce de throno lapſa
nichil ad ſui vel aule regie ſpiritualis cōtamina
cōnem ptinere id qđ ſe non ꝯſcio naturalia ne
ceſſariaqꝫ ſuus aſellus corpulentus ⁊ irrōnabil
expulerat. Plane ſic eſt. et dicā amplius. ſue
rint nonnunꝙ̄ ut turbationes. pungne. deordi
nationes. ⁊ feditates inferius ſenſualiter agi
tate ſuccreſcere faciant ſuperius meritū noſtrū

ſicut econtra magna vtrobiqꝫ ſerenitas. ſupbie
ventū oīa ſūditus euertentē repēte nōnunꝗ̄
inducit. Tantūmō exinaniat ſe aīa quātum po
terit nec ob aliud cōtemplacōni vel ſtudio aut
quieti quilibꝫ inſiſtat. niſi ut apud ſe exaltetur
deus. ac p̄inde magis ac magis humilietur. ⁊ in
ſuam paruitatē ymo nichileitatē reſiliat. ⁊ reſi
liens cadat ⁊ deus ſuſcipiet eam. Hec via tuta
eſt regia ſecura. Deniqꝫ finem loquendi omēs
pariter audiamus. Deū time de te deſperans. in
ſe fidens ⁊ mandata eius obſua. qd̄ in te eſt nō
omittēs hoc eſt oīs homo.

Explicit. Tractatulus bonus ſup Materia ce
lebracōis miſſe. venerabilis mgr̄i Joh. Gerſon
Cancellarij pariſieñ.

Gracia tibi et pax frater cariſſime. Pe
tis primo ſi apud aliquē doctorē repe
riatur forma autentica abſolucōis
ſacramental'. Rñdeo q ſic. Et de hoc
videatur ſūma ꝯfeſſoꝝ vel bertelma. ſup hoc ver
bo. Abſolucō. In illa queſtione vtrū forma ab
ſolucōnis debeat fieri ſub modo indicatiuo. Et
ſcdm illa que repiuntur ibidē patebit ſatis rñſio
Ad illud qd ſecūdo petis. ſcz que ſit forma ſuffici
ens. Deinde ad terciū qd querit. vñ tot varieta
tes in forma iſta abſolucōis. Rñdeo q ex igno
rantia vel negligentia ſufficienter inquirendi q̃
agenda ſunt circa ſacramenta. Sed cur quid
plus circa iſtam formā q circa alias. Racō vna
eſt. quia alie forme dicūtur publice. et inueniun
tur ſcripte. ſicq legūtur. hic aūt occulte et abſq
libris et arbitris fit negotiū. Poteſt et alia racō
dari. quia actus cōfeſſionis et abſolucōnis eſt
quidā actus iudicialis vbi videtur ſufficere q ſa
cerdos iudex explicet ſniam ſuam quibuſcunq
verbis dū tñ intendat abſoluere ſicut dicimus
in mrimonio. q ꝯſenſus interior amboꝝ ſignifi
catus exterius qualibuſcunq verbis ymmo et
ſignis ſicut in muto ſufficit ad mrimoniū cōtra
hendū. Deinde pro ſolucōne alioꝝ queſitorū et de
claracōe premiſſoꝝ ſcribā tibi modū quo vtor
in hmōi abſolucōnibꝫ. vnde ſi michil dubitatur
de excōmunicacōne cōtracta. dico primo per mod
imprecacōnis que de ꝯgruo premittitur. Dñs
noſter ihesus criſt9. te abſoluat vel pcat tibi de9
vel dū mora maior ē. Miſeatur tui oipons de9 ac

deinde ſubiungo cū intencōe interiori abſoluēdi
quātū poſſum. et ſm̄ auctoritatē michi ɔmiſſam
et dico ego te abſoluo a peccatis tuis in noīe pr̄is
et filij et ſpūs ſancti. Amen. Nec oportꝫ aliud ad-
dere. nec iſtud pronomē alijs nec iſtud adiectiū
omībꝫ. nec iſtud oblitis. nec illud cōtritis. ymo
poteſt nocere ſi ponitur hoc adiectiuū cōtritis. cū
virtus ſacramentalis abſolucōnis valeat ſup
peccā ſolū attrita licet non dū cōtrita. Et ita eſt
addicō quodāmō diſtrahens que preſupponit
ɔtricōnem preceſſiſſe que nō ſemp prerequirit
ut dictū eſt. Item nec oportet addere quātū poſ-
ſum. et adhuc minus iſtud quātum debeo. quia
ſepe ſacerdos non tenetur aut debꝫ abſoluere. et
ita eſt addicō diſtrahens. Item nec oꝫ addere
auctoritate michi ɔmiſſa etc̄. Oia em̄ talia ſuffi-
cienter fiūt et valent p intencōem interiorē quā
habꝫ ſacerdos vel habuit in volendo abſoluere
Vn̄ pro regula teneatur ꝙ forme ſacramētorū
dn̄t eſſe abſolute et non ɔdicōnales. Et ſi oppo-
natur ꝙ in baptiſmo dr̄ qn̄qꝫ. Si tu nō es bapti
zatus. ego te baptizo etc̄. Rn̄deo ꝙ illa condicō
non ſe tenꝫ nec tenē debꝫ ex pte forme. ſed ſolū
referenda eſt ad explicacōnem intencōnis quā
habꝫ ſacerdos. quā intencōem ideo explicat ne
putetur velle baptizare puerū iam baptizatum
et ita facere iniuriam ſacramento. Vn̄ apd deū
ſufficerꝫ intencō intereori ſine tali explicacōne n̄
ꝙ ſic eccleſia voluit fieri cauſa dicta. Simile eſſꝫ
in dubio ꝙ aliquis haberꝫ de hoſtia poſita ante
cū dum celebrat et neſcit plene ſi cōſecrata ſit iā

vel nō ut puta · ꝙ neſcit ſi protulerit ſufficient
verba ⁊c̄· Tūc ſi neceſſaria ſit ſecuritas amplior
ſufficiet ꝙ hō cū intencōne iſta ꝙ non intendit
cōſecrare iſtam hoſtiam ſi ſit conſecrata dicat
verba cōſecracōis quāuis talis repeticō non ſit
paſſim facienda nec eſſet in hoc aſſueſcendum
Addatur ꝙ p̄dicta forma abſolucōis ſacramē
talis ſufficit in quacunqꝫ abſolucōne ꝓ peccatis
ſiue fiet ꝯfeſſio poſt vnā abſolucōnem iā datā
ſiue non. Nec oportꝫ dicē abſoluo te ab iſto pec
cato ⁊c̄· ſꝫ ſufficit ſicut priꝰ. Deniqꝫ tutiꝰ obſua
tur breuis ⁊ ſuccincta forma abſoluendi p̄dicta
ꝙ dū ſiūt tot addicōnes que vel ſunt ſuꝑflue vł
qn̄qꝫ diſtrahentes aut impeditiue. Ceterꝝ quo
ad abſolucōnem de excōicacōne. Rn̄detur ꝙ in
foro publico nō ſacramētali nulla certa forma
requirit̄· ſufficit ꝙ ille q̄ hꝫ ptātē iudiciariā ſig
ficet intencōem ſuā qua vult talē abſolutū eſſe
Porro quo ad ſacramētalē abſolucōꝫ q̄ vlteriꝰ
requiritur · ⁊ circa cuius omiſſionem multi defi
ciūt· p̄ciſa forma nō ita requiritur ſicut in alijs
ſacramētis· vn̄ iſta forma ſufficit cū intēcōne in
teriori ſicut prius explicabatur· Ego abſoluo te
ab excōicacōe vel excōicacōibꝫ· ⁊c̄· Et poteſt ad
di licꝫ nō ſit neceſſariū iſtud · Et reſtituo te ſacra
mentis eccīe ⁊ orōibꝫ diuīis· In noīe p̄ris ⁊ filij ⁊
ſpūs ſancti. Verꝫ quo ad minorē excōicacōnē
q̄ ꝯtrahitur ex ꝑticipacōe cū excōicatis ſufficit
eadem forma. Sed quo ad excōicacōem largo
noīe dictam que ꝯtrahit̄ ex quolibꝫ pccō mōrli
qđ ſepat hoīeꝫ a deo puto ꝙ nō requirit̄ ſpecial̄
forma· ſꝫ ſufficit illa que dicta eſt pro peccatis.

Amplius vero quo ad irregularitates ꝯtractas celebrando in excōicacōne vel alio tali modo ſic habetur in ꝯſtitucōibꝫ decretaliū. forma non eſt certa ꝛ preciſe requiſita cū ſit quidā actus iudicialis magis quodāmō ꝙ ordinis. Nichilominꝰ poteſt ꝯgrue ſic dici ſicut etiā pmariorū vſus hꝫ Ego abſoluo te ab irregularitate vel irregularitatibꝫ ſi ſint plures ꝛ reſtituo te ſacramētis ecc̄ie ꝛ diſpenſo tecum. Et hoc ponitur pro futuro tpe ut hō legittīe poſſit celebrare vel vti ſacramētis deinde additur. in noīe pr̄is ꝛ filij ꝛ ſpūs ſancti Amen. Tandē ad illud qđ inquiris ſi ſit expediens in iniūctōne pnīe dicē omīa bona que facies ſint tibi pro gnāli pnīa. Rn̄dio ꝙ ſic qꝛ p hunc mod omīa talia bona hn̄t vim ſatiſfactoriā. licꝫ non tantūdē ſicut ſi ſpecialr̄ iniūgerētur omīa ſic debere fieri ꝓpter periculū tranſgreſſionis ꝛ culpe ſeu inobedientie inde ꝯſequentis.

Tenor queſtionis de qua ſupius fit mentio in ſūma ꝯfeſſorū libro. iij. titulo. xxxiiij. q. xci. hētur.

Explicit forma abſolucōnis ſacramētal' venerabil' mgr̄i Joh' Gerſon. Cācellarij pariſien̄

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19


Inches
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black